

2731 tabula marmorea. Rep. sub Frascati in una tenuta del principe Borghese detta S. Croce GIORG. Apud Passioneum cardinalis in eremo Tusculano PASS. Romae in museo Vaticano MAR. et adhuc (Gall. lap. Off. I).

PANTAGATHO

AVG · LIB ·

PECVLIARI

HERMA · ET · PHYLLIS · COLLIB · H

Descripsit Henzen. Giorgi sched. Casanat. qui descripsit d. 23 Jun. 1734; Passonei 30, 22 (inde Donati 330, 12); Marini ms. Vat. 4 fin. FE (pro H) Giorgi.

2732 fragmentum marmoreum epistylie fortasse, litteris altis cm. 5, rep. anno 1875, in villa Rufinella nel piazzale laterale destro a chi guarda il palazzo ROSSI; extat in vestibulo aedium villae Rufinellae.

PHILVS

Descripsit de Rossi, vidi ipse.

Rossius cogitavit de Furiis Philis fastorum liberae reipublicae.

2737 apud aediculam D. Francisci Xaverii sub Tusculo FABR. (vicino alla cappelletta di S. Francesco Saverio a Vermicino, nella vigna d'un cittadino MATT.).

R H A N I D I · S V L P I C I A E · L
D E L I C I O

NATA · BREVI · SPATIO · PARTV · SVBIECTA · NEC · ANTE
TESTATVR · BVSTO · TRISTIA · FATA · RHANOS
5 NAMQVE · BIS · OCTONOS · NONDVM · COMPLEVERAT · ANNOS
ET · RAPTA · EST · VITAE · RAPTA · PVERPERIO
'sic' FABR. PRAENTIS · TVMVLVS · DVO · FVNERA · CORPORE · IN · VNO
EXEQVIAS · GEMINAS · NVNC · CINIS · VNVS · HABET

in latere sinistro:

S V L P I C I A · T R I O N I S · L
R H A N I S

Servavit Fabretti 44, 251. Repetiverunt Mattei p. 81; Vulpi 8 p. 160; Burmann anth. Lath. 4, 130; Canina p. 168.

4 fin. SCR. RHANIS. — 7 praesens hic tumulus coniecit Burmann; praequantis in mentem venit Bormanno.

2739 Tusculi in villa Aldobrandini al casale delle fornaci muro insertum.

C · RVSTIUS
DIOGENES

Descripsimus de Rossi et ego. Edidit Wells Frasc. p. 190.

2740 Tusculi apud Sennium, rep. apud locum vulgo Collepizzato.

D · M ·
RVTILIO PETONI
RVTILIA ELPIS
PATRONO BENE
5 MERENTI FEC ·

Giorgi sched. Casanat.

2 cognomen corruptum.

2733 Frascati in villa Borghesiorum, rep. ad Col Matteo [Mattia?] sub Monte Porzio.

pOMPEIVS C
TRIBVITI

Descripsit Mommsen

2734 tabula marmorea. Frascati in villa Aldobrandinia; rep. nel sepolcreto della via che dalla latina ascese al Tusculo LANC.; rep. una cum n. 2684 WELLS.

D M
C · P O M P O N I O
S E C V N D I N O
F I L I O · F E C I T
5 C A E C I L I A · S E C V N
D A · M A T E R · I N F E
L I C I S S I M A · Q V E
T A L E · F I L I V M · V I V A
A M I S I T · V · A · X X I I
10 M · X I D · X X I

Descripsit Lanciani. Wells Frasc. p. 179.

2735 Tusculi in villa Aldobrandini al casale delle fornaci muro inserta.

vir
canis tunicatus scrinium
DIS & M &
PRIMA & ATILI
SERRANI &
EVANGELO ·
5 CON & BEN
merenti

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. De Rossi ann. inst. arch. 1873 p. 190; Wells Frasc. p. 190.

2736 rep. una cum n. 2686 et simul adservata.

D M
Q V I N T A E Q V A E
V I X I T A N N V M E N
S E S V I D I E S X X
5 S T E P H A N I S M A T E R
F I L I A E B E N E M E R E N T I

Descripsit Bormann. Grandi ms.; Santovetti canonicus Tusculanus descripsit.

4 in. 2 in. singulas litteras vident Santovettus, non invenit Bormann.

2738 sarcophagus marmoreus litteris evanidis fonti suppositus in vinea Filonardi nunc Consoli sub Monte Porzio Romam versus.

D M
R O M A N I A E // / / / / / / /
Q V A E V I X I T A N X I M · II
D · VI · R O M A N I V S
5 C R E S C E N T I L I A N V S
A L V M N A E

Descripsit de Rossi.

V. 2 vix legitur.

2741. 2742 in plinthis statuarum duarum muliebrium effossarum a principe Canino Tusculi (nell'area già occupata dal foro tusculano addit CAN., de suo). In museo Vaticano CAN. Ibi n. 2741 hodie quoque extat (Chiaramonti a sinistra); n. 2742 extabat Galleria lapidaria teste PLATNERO, sed hodie videtur desiderari.

2741

RVTILIA · L · F · MATER · TER · REGIN

RVTILIA · P · F · AVIA

N. 2741 descripsit Henzen. Utramque memorant Nibby viaggio 2 p. 50 et Melchiorri Antologia vol. 21 fasc. 61 (1826) p. 123; delineavit utramque statuam Canina tab. 32, inscriptiones exhibet etiam p. 143 cum epistula Borghesii. Solam n. 2742 Platner Beschreibung Rom's 2, 2 p. 38 n. 243.

2742 P·F Platner, P·R Canina tam in tabula quam in textu, addit fuisse fortasse F·R.

2743 cippus litteris valde corrosis. Tusculi in villa Aldobrandini in hemicyclo ante portam posticam palatii ROSSI. Ibi ego frustra quaesivi.

L · S ALL // / / / / / / /
URCEUS PRIMIGENIO patera
BLAS# // / / B · FECIT
capella (ut videtur)
arborem insiliens

Descripsit de Rossi
3 Blast[us lib. fecit.